Caesar, de bello Gallico, I,4

Raum für Notizen

1 Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata.
2 Moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt;
3 damnatum poenam sequi
4 oportebat,
5 ut igni cremaretur.
6 Die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam,
7 ad hominum milia decem, undique coegit
8 et omnes clientes obaeratosque suos,
9 quorum magnum numerum habebat,
10 eodem conduxit;
11 per eos,
12 ne causam diceret,
13 se eripuit.
14 Cum civitas,
15 ob eam rem incitata
16 armis ius suum exsequi conaretur
17 multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent,
18 Orgetorix mortuus est;
19 neque abest suspicio,
20 ut Helvetii arbitrantur,
21 quin ipse mortem sibi consciverit.